

Alte Drucke

**P. VIRGILII || MARONIS OPERA IN-||DVBITATA, || BVCOLICON,
|| GEORGICON, || ÆNEIS. || QVIBVS ACCESSERVNT ET || ALIA
QVAEDAM LECTIONI || & studio ...**

Vergilius Maro, Publius

Lipsiae, 1590

VD16 ZV 30860

POEMATA VIRGI.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149950

Anne coronato vis lapide ista tegi?
 Pone merum & talos, pereat qui crassima curat,
 Mars aurem vellens, viuite, ait, venio.

LAUDES HORTULI.

AD ESTE Musa, maximi proles Iouis,
 Laudem feracis prædicemus hortuli.
 Hortus salubres corpori præbet cibos,
 Variosq; cultus sæpe cultori refert:
 Olus suaue, multiplex herbe genus,
 Vnas nitentes, atq; sæctus arborum.
 Non desit hortis & voluptas maxima,
 Multaq; commista est modis iucunditas.
 Aqua strepentis vitreusq; ambit liquor,
 Sulcoq; ductus irrigat riuus sata.
 Flores nitefcunt discolore gramine,
 Pinguntq; terras gemmeis honoribus.
 Apes susurro murmurant grata leui,
 Cum summa florum, vel nouos rores legunt.
 Fœcunda vitis coniuges vlnos grauat,
 Textasq; inumbrat pampinis harundines.
 Opaca præbent arbores vmbracula,
 Prohibentq; densis feruidum solem comis.
 Aues canoros garrula fundunt sonos,
 Et semper auras cantibus mulcent suis.
 Oblectat hortus, aduocat, pascit, tenet,
 Animoq; mæsto demit angores graues,
 Membri vigorem reddit, & visus capit,

Nn 4

Refert

Refert labori plenior gratiam.
Tribuit colenti multiforme gaudium,

DE VINO ET VE-
NERE.

NEC Veneris, nec tu Vini capiaris amore,
Vno namq³ modo vina Venusq³ nocent.
Vt Venus eneruat vires, sic copia vini,
Et tentat gressus, debilitatq³ pedes.
Multos cecus amor cogit secreta fateri,
Arcanum demens detegit ebrietas,
Bellum sepe petit ferus exitiale Cupido,
Saepe manus itidem Bacchus ad arma vocat.
Perdidit horrendo Troiam Venus improba bello,
Et Lapithas bello perdis Iacche graui.
Deniq³ cum mentes hominum furiarint vterq³,
Et pudor, & probitas, & metus omnis abest.
Compedibus Venerem, vinclis constringe Lyam,
Ne te muneribus ladat vterq³ suis.
Vina sitim sedant, natis Venus alma creandis,
Sed fines horum transiluisse nocet.

DE LIVORE.

LIVOR tabificum malis venenum,
Intactis vorat ossibus medullas,
Et totum bibit artubus cruorem,
Quo quisq³ furit, invidetq³ sorti,
Quod debet, si poena semper ipse est.
Testatur gemitu graues dolores.

Suspirat

Sufpirat, gemit, incutitq; dentes.
 Sulat frigidus intuens, quod odit.
 Effundit mala lingua virus atrum.
 Pallor terribilis genas colorat,
 Infelix macies renudat ossa.
 Non lux, non cibus est suavis illi,
 Nec potus inuat, aut sapor Lyæ,
 Nec si pocula Iupiter propinet,
 Atq; hac porrigat, & ministret Hebe, *Hebes es. filia Junonis*
 Aut tradat Ganymedes ipse nectar. *Uxor Mercurii, filia Iovis*
 Non somnum capit, aut quiescit vnquam, *Iovis, Dea iuventutis*
 Torquet viscera carnifex cruentus, *Regis Trojano vinctus filius*
 Vesanus tacitos mouet furores. *Archimagis Troi.*
 Intentans animo faces Erinny's *Dea infernalis*
 Lethalis, Tityq; vultur intus
 Qui semper lacerat, comestq; mentem.
 Viuit pectore sub dolente vulnus,
 Quod Chironia nec manus leuaret, *Chiron unus e centauris*
 Nec Phæbus, sobolesq; clara Phæbi. *magis fuit excellens.*
Uxor Chironis, qui
Phæbus, magis fuit excellens.

DE CANTV SIRENV.

SIRENES varios cantus Acheloia proles,
 Et solita miseros ore ciere modos.
 Illarum voces, illarum Musa mouebat
 Omnia, que Thymele carmina dulcis amat.
 Quod tuba, quod litui, quod cornua rauca querun-
 Quodq; foraminibus tibia mille sonat: *(tur.*
 Quodq; leues calami, quod suavis cantat Aëdon, *Luscinia.*
 Quod lyra, quod cithara, quo d'moribundus olor.
 Nil s' illectos
 Litig' bacula iugurum, item Instrumentum musicum qui
 solentis o dem trummet.
 Litig' min' elu'at blū' d'v.

Illeſtos nautas dulci modulamine vocē,
 Mergebant auidæ fluctibus Ionij.
 Sanguine Sifyphio generatus magnus Vlyſſes,
 Se, & tutos ſolita præſtitit arte ſuos.
 Illeuit cera ſociorum calidus aures,
 Atq; ſuas vinculis præbuit ipſe manus.
 Tranſiit ſcopulos, & inhospita littora claſſi,
 Illa præcipites deſluere freto.
 Sic blandas vocēq; notas, & carmina vicit,
 Sic tandem exitio monſtra canora dedit.

D E N A T A L I D I E.

CLARVS inoffenſo procedat lumine Titan,
 Latificuſq; dies eat omnibus æthere puro:
 Voſq; ſimul iuuenes animis & voce ſauentes
 Concelebrate diem votis felicibus alnum,
 Proſper ut is ſemper redeat, vatīq; quotannis
 Aſmenide referant alacres ſua munera nati.

D E O R P H E O.

THreicius quondam vates fide creditur canora,
 Mouiſſe ſenſus acrium ſerarum,
 Atq; amnes tenuiſſe vagos,*
 Et ſurda cantu concitaſſe ſaxa,
 Suauiſſimoq; modo reſtudinis, arbores ſecura
 Vmbra ſeruntur præbuiſſe Vati.
 Sed placidis hominum dictis ſera corda miſigauit,
 Doctaq; victam voce temperauit,

Inſtitutio

Iusticiam docuit, cœtu quoq; congregavit vno,
Moresq; agrestes expoluit Orpheus.

AD VENEREM.

SI mihi susceptum fuerit decurrere munus
O Paphon, ô sedes quæ colis Idalias,
Troius Aeneas Romana per oppida, digno
Iam tandem ut tecum carmine vectus eat :
Non ego thure modo, aut picta tua templa tabella
Ornabo, & puris ferta feram manibus.
Corniger hos aries humilis, & maxima taurus
Victima, sacratos tinget honore focos.
Marmoreusq; tibi, te digne coloribus ales
In morem picta stabit Amor pharetra.
Adsis ô Cytherea : tuus te Caesar Olympo,
Et Surrentini litoris ora vocat.

DE SEIPSO.

Mellifluum quisquis Romanû nescit Homerum
Me legat, & lectum credat vtrunq; sibi.
Illius immensos miratur Græcia campos,
At minor est nobis, sed bene cultus ager.
Non miles, pastor, curvus non desit arator.
Hæc Græjæ constant singula, trina mihi.

DE LITERA Y.

LITE

LITERA Pythagora discrimine secta bicorn
 Humana vita specimen præferre videtur.
 Nam via virtutis dextrum petit ardua collem,
 Difficilemque aditum primum spectantibus offert,
 Sed requiem præbet fessis in vertice summo.
 Molle ostendat iter via lata, sed vltima meta
 Precipitat captos, voluitque per ardua saxa.
Quisquis enim duros casus virtutis amore
Vicerit ille sibi laudemque decusque parabit:
At qui desidiam, luxumque sequitur inertem,
Quoniam fugit oppositos incauta mente labores.
Turpis inopemque simul miserabile transigit ævum.

VIR BONVS.

VIR bonus & sapiens, qualē vix repperit vni
 Millibus ē cunctis hominum consultus Apollo,
 Index ipse sui, totum se explorat ad vnguem,
 Quid proceres, vanique levis quid opinio vulgi,
 Securus: mundi instar habens, teres atque rotundus,
 Externe ne quid labis per leuia fidat.
 Ille, dies quam longus erit sub sidere cancri,
 Quantaque nox tropico se porrigit in capricorno,
 Cogitat, & iusto trutina se examine pensat,
 Ne quid hiet, ne quis protuberet angulus, æquū
 Partibus ut coëat, nil ut deliret amissis.
 Sit solidum quodcumque subest, nec inania subtus
 Indiceret admorsu digitis pellentibus ictus.
Non prius in dulcem declinat lumina somnum.

Omnia quàm longi reputauerit acta dici.
 Quo pratergressus? quid gestum in tempore, quid nō?
 Cur isti facti decus affuit, aut ratio illi?
 Quid mihi prateritum? cur hac sententia sedit,
 Quam melius mutare fuit? miseratus egentem,
 Cur aliquem fracta persensi mente dolorem?
 Quod voluit, quod nolle bonum foret? vile honesto
 Cur malus antetuli? num dicto, aut deniq; vultu
 Perstrictus quisquam? cur me natura magis, quàm
 Disciplina trahit? sic dicta & facta per omnia
 Ingressus, ortuq; & respere cuncta reuoluens
 Offensus prauis, dat palmam & pramia rectis.

Est, & Non: Non xxi & xli.

Est, & Non, cuncti monosyllaba nota frequentat
 His deintis, nihil est hominū, quod sermo volu-
 Omnia in his, & ab his sunt omnia, siue negoci, (tet.
 Siue oci quicquam est, seu turba, siue quietis,
 Alterutro, pariter nonnunquam, saepe seorsim
 Obsistunt studijs, vt mores ingeniuq;
 Vel faciles, vel difficiles contentio nacta est.
 Si consentitur, mora nulla interuenit, est, est:
 Sin controuersa est, dissensio subiiciet, non.
 Hinc fora dissulant clamoribus, hinc furiosi
 Turgia sunt circi, cuneati hinc leta theatri
 Seditio, & tales agitat quoq; curia lites.
 Coniugia & nati cum patribus ista quietis
 Verba serant studijs, salua pietate loquentes.

Hinc

Hinc etiam placidis schola consona disciplinæ,
 Dogmaticas agitat placido certamine lites.
 Hinc omnis certat Dialectica turba sophorum,
 Est lux, estne dies? ergo non conuenit istuc.
 Nam facibus multis, aut fulguribus quoties lux
 Est nocturna homini, non est lux ista diui.
 Est & non igitur, quoties lucem esse fatendum est,
 Sed non esse diem, mille hinc certamina surgunt.
 Hinc pauci, multi quoque talia commeditantes
 Murmure concluso rabiosa silentia rodunt.
 Qualis vita hominū? duo quā monosyllaba versant.

D E A E T A T I B V S A N I -
 M A L I V M.

TER binos, deciesque nouem super exit in annos
 Iusta senescentum, quos implet vita virorum.
 Hos nouies superat viuendo garrula cornix,
 Et quater egreditur cornicis secula ceruus.
 Alipedem ceruum ter vincit coruus, & illum
 Multiplicat nouies Phoenix reparabilis ales.
 Quam vos perpetuo decies prauertitis aeo,
 Nympha Hamadriades, quarū longissima vita est.
 Hi cohibent ignes viuacia fata animantium,
 Cetera secreti nouit deus arbiter aui.
 Tempora quæ Stilbon, voluat quæ secula Phenon,
 Quos Pyrois habeat, quos Iuppiter igne benigno
 Circuitus, quali properet Venus alma recursu,
 Qui Phæben, quanti maneant Titana labores.

DONEC

Donec consumto, magnus qui dicitur, anno
Rursus in antiquum veniant vaga sidera cursum,
Qualia dispositi steterant ab origine mundi.

DE LVDO MONO-
STICHA.

SPERNE lucrum, vexat mentes vesana libido,
Fraude carete graues. ignari credite doctis.
Lusuri nummos, animos quoq, ponere debent.
Pone malas, quoties ludendo vinceris, iras.
Ludite securi quibus est as semper in arca.
Si quis habet nummos veniens, exibat inanis.
Lusori cupido semper grauis exitus instat.
Sancta probis pax est, irasci desine victus,
Nullus vbiq, potest felici ludere dextra.
* Tiunitio, furijs ego sum tribus addita quarta.
Flecte truces animos, vt verè ludere possis.
Ponite maturè bellum precor, iraq, cesset

DE AERVMNIS HER-
CVLIS.

PRIMA Cleonei tolerata arumna leonis.
Proxima Lernaâ ferro & face contudit hydrâ.
Mox Erimanthæum vis tertia perculit aprum.
Aeripedes quarto tulit aurea cornua cerui.
Stymphalidas pepulit volucres discrimine quinto.
Threiciam sexto spoliavit Amazona balthæo.

Septima

Septima in Augiæ stabulis impersa laboris.
 Octava expulso numeratur adorea tauro.
 In Diomedeis victoria nona quadrigæ.
 Geryone extincto decimam dat Iberia palmam.
 Undecimum mala Hesperidum distracta triumphū.
 Cerberus extremi suprema est meta laboris.

D E E I S D E M.

Compresit Nemea primum virtute leonem.
 Extincta est anguis, quæ pullulat Hydræ scintilla.
 Tertius euictus sus est Erymantiæ ingens.
 Cornibus auratis ceruam necat ordine quarto.
 Deijcit horrifono quinto Stympthalidæ arcu.
 Abstulit Hippolyta sexto sua vincula victæ.
 Septimus Augiæ stabulum labor egerit undæ.
 Octauo domuit magno luctamine taurum.
 Tum Diomedes equos nono cum rege peremit.
 Geryonem decimo triplici cum corpore vicit.
 Undecimo abstractus vidit noua Cerberus astra.
 Postremo Hesperidum victor tulit aurea mala.

D E M V S A R V M
I N V E N T I S.

CLIO gesta canens, transacti tempora reddidit.
 Melpomene tragico proclamat mæsta boan.
 Comica lasciuo gaudet sermone Thalia.
 Dulciloquus calamos Euterpe flatibus vrget.
 Terpsichore affectus citharis mouet, imperat, angere.
 Plectra

Plectra gerens Erato saltat pede, carmine, vultu.
 Carmina Calliope libris heroica mandat.
 Vranieq; poli motus scrutatur, Et astra.
 Signat cuncta manu, loquitur Polymnia gestu.
 Mentis Apollinea vis has mouet vndiq; Musas,
 In medio residens complectitur omnia Phœbus.

DISTICHA DE IMAGI-
 NE IN AQVIS.

REDDITUR effigies liquida cernentis in vnda,
 Qualis in aduerso speculorum cernitur orbe.
 FORMAM pura refert oculi spectantibus vnda,
 Obiecti qualis speculi fulgore videtur. (rum,
 FONTIS aquæ reddunt simulacra imitantia ve-
 Qualia leue refert speculi, cum cernimus, æquor.
 EXPRIMIT oppositas immobilis vnda figuras,
 Leuati quales speculi nitor ipse remittit.
 APPARET mendax illimi fonte figura,
 Qualem reiecit speculi nitidissimus orbe.
 Vnda quieta refert alto de gurgite formas,
 Ac veluti speculum nitido splendore coruscans.
 SPECTANTIS faciē mundissimus assimulat fons,
 Sicut in opposito speculi solet æquore cerni.
 FORMA repercussus liquidarum fingit aquarum,
 Quales purifico speculorum ex orbe reducit.
 FONTIBUS in liquida simplex generatur imago,
 Vt solet à speculo facies splendore referri.
 EFFIGIES liquido resplendet ab æquore fontis,

O o

A spe-

A speculo qualu simulatrix umbra resultat.
 EFFINGIT species purissimus humor aquarum,
 Plana velut speculi viuas imitantia formas.
 FONTE repulsatur depicta tuentis imago,
 Ceu leui in speculo solet apparere figura.

DE AMNE GLACIE
 CONCRETO, DISTICHA.

QVA ratis egit iter iuncto boue plaustra trahitur,
 Postquam tristis hyems frigore iunxit aquas.
 SV stinet vnda rotam, patula modo peruia puppi,
 Vt concreta gelu marmoris instar habet.
 QVA s modo plaustra premūt vndas, ratis ante se
 Postquam brumali diriguere gelu. (cabat,
 Vnda rotam patitur, celerem nunc passa carinā,
 In glaciem solidam versus vt amnis abit.
 QV æ solita est ferre vnda rates sit peruia plaustra,
 Vt stetit in glaciem marmore versa nouo.
 SEM ita sit plaustro, qua puppis adunca cucurrit,
 Postquam frigoribus bruma coëgit aquas.
 ORBITA signat iter modo qua cauius aluen exit,
 Strinxit aquas tenues vt glacialis hyems.
 AMNIS iter plaustro dat, qui dedit ante carinā,
 Duruit vt ventus vnda, fit apta rotis.
 PLAustra boues ducunt, qua remis acta carina est,
 Postquam dirigunt crassus in amne liquor.
 Vnda capax ratiū, plaustris iter algida prelet,
 Frigoribus sanis vt stetit amnis iners.

PLAV.

PLAVstra viam carpunt, qua puppes ire solebant,
Frigidus vt Boreas obstupefecit aquas.

DE IRIDE TRI-
STICHA.

THAUMANTIS proles, varianti veste figuræ
Multicolor, picto per nubila deuolat arcu,
Iris, & insigni decorat curuamine cælum.
CVM sol arduos radios in nubila iecit,
Cum sol horribilo nimbo fulgore repleuit,
apparet varijs distincta coloribus Iris.
CLARA sub æthereis fulget Thaumantia proles
Nubibus, vt radijs pluuium sol attingit imbrem,
Et picturato cælum velamine cingit.
DISCOLOR atherijs apparet nubibus Iris,
Postquam flammiferum rapuerunt nubila solem,
Et cælum varijs miranda coloribus ornat.
VMBRIFERAS nubes radijs, vbi contigerit sol,
Luce sub aduersa varios iacit vnda colores,
Dicitur hæc iris picto spectantibus arcu.
DVM nubes radijs tetigit fulgentibus atras
Phœbus, & aduerso lumen resplenduit imbri,
Tunc Iris vario circumdat nubila cinctu.
MIRIFICO nubes ambit Thaumante creata,
Quas cum ex aduerso tetigit rota fulgida solis,
Tunc iacit insignes per nubila densa colores.
NUNCIA lunonis vario decorata colore,
Aethera nubifera complectitur orbe decoro,
Cum Phœbus radios in nubem iecit aquosam.

NV BILA cum Phœbus perfudit lumine claro,
 Tum sit vt humor aqua suffulgeat, atq; colores
 Sub varia specie iaciat mirabilis arcus.
 CV M radijs imbres, & aquarum pendulus humer
 Frangitur, apparet, quam Gracia nominat, Iris,
 Multorum insignis vario splendore colorum.
 IRIS habet varios subiecta luce colores:
 Nubicolorem Irim natam Thaumante creat sol,
 Cum pepulit radijs obstantia nubila claram.
 LVCE repentina cum sol repleuit aquosas
 Aduersus nubes, effulget protinus Iris,
 Picta veste decens, & multicoloribus alis,
 SOLE percussis apparet nubibus Iris.

TETRASTICHA DE
 QVATVOR TEMPO-
 ribus anni.

VERE sinum tellus aperit, floresq; ministrat,
 Tēpora solis ager messes fert pinguis opimas.
 Fœcundos autumnæ lacus de vitibus implet.
 Annis hyemæ glaciæ currentes alligat vadas.
 FRIGORIBUS pulsus nitidum Ver æthera multat.
 Scindit agros æstas Phœbeis ignibus ardens.
 Autumno dat hyemæ mistum vicina reporem.
 Albentes hac durat aquas, & flumina necit.
 VER pingit vario gemmantia prata colore.
 Ignea vestit agros culmis cerealibus æstas.
 Vitibus autumnus turgentes detrahit vvas.
 Frigidus hyberna grauidus niue nubibus æther.

VERI

ovil: poma dat autumnus forma e mōscho æstas.
 per prebet flores, igne levat hinc.

VERE Venus gaudet florentibus aurea fertis.
Flava Ceres aestatis habet sua tempore regna.
Vinifero autumnio summa est tibi Bacche potestas.
Imperium seuis hyberno tempore ventis.

VERE grauis fundit tellus cum florib. herbas.
Fragiferas aruis fert aestas torrida menses.
Pomifer autumnus tenero dat palmitis fructum.
Nox hyeme hybernis albescit operta pruinis.

VERE nouo letis decorantur floribus arua.
Et riget aestiuus hirsutus campus aristis.
Labra per autumnum musto spumantia feruent.
Deponunt frondes hyemali frigore sylua.

VER placidum vario necit de flore coronas.
Spicca ferta gerit calidissima solibus aestas.
Temporaq; autumnio cingunt tua Bacche racemis.
Tristis hyems montes niueo velamine vestit.

VER agrum nitidum gemmis stellantibus ornat.
At feruens aestas pinguisima frugibus arua.
Mox autumnali redolet vindemia sortu.

Fronde nemus male nudat hyems, amnesq; rigescunt
PVRPV reos flores humus effert Vere comanti.
At Cereris donis horrescunt arua per aestum.
Bacche tuo tempus fluit autumnioq; liquore.
Obtegitur tellus per frigora veste niuali.

VERE tepet picto Zephyris spirantibus aer.
Concresecunt celeres aestiuis ignibus amnes.
Temperies autumnne fluit tua nectare dulci.
Perq; hyemem lentus caelo nimis aduolat imber.

VERIS honos tepidi floret, vere omnia rident.

*Arua sub aestiuis vndant torrentia labris.
Vite coronatas Autumnus degrauat vltimos.
Decutit ipse rigor filius hyemalis honorem.*

*FLORE solum vario depingit odoriferum Vus.
Falciferamq; deam messes remorantur in aestu.
Dat musto grauidas autumnus pomifer vvas.
Subtonia glacialis hyems niue cana senescit.*

DE ORTV SOLIS
TETRASTICHA.

AVRORA Oceanum croceo velamine fulgens
Liqueras, & bijugis vecta rubebat equis:
Luce polum nitida persudit candidus orbis,
Et clarum emicuit sole oriente iubar.

ROSCIDA puniceo Pallantias exit amictu,
Astrigerum insiciens luce oriente polum:
Sol insigne caput radiorum ardente corona
Promittit ab equoreis Tethyos ortus aquis.

EXTVLIT Oceano caput aureus igniferum Sol,
Fugerunt toto protinus astra polo:
Concessere deo tenebrae, rebusq; colores
Lux iterum cunctis reddidit alma suos.

TITHONIq; iubar roseo sub lumine coniunxit
Insicit & caelum Lutea siderum:

Cum Sol igniferos currus e gurgite magno
Sustulit, & claris astra fugauit equis.

NOX abit astrifero velamine cincta micanti.
Et redigit stellas, exoriturq; dies:

Emicat Oceano Phœbi rota clara relicto,

Illustrata

Illustrata nitent lumine cuncta suo.

AVREA fulgebat roseis aurora capillis,

Et matutino rore madebat humus:

Tethyos vnda vago cum profilit aquore Titan,

Flammiferos vultus ore micante ferens.

EXORITVR Phæbus perfundens luce nitenti

Et maria & terras stelliferumq; polum:

Astrag; cesserunt fulgentia crimibus aureis,

Et nox sidereas oculis atra faces:

SOL oriens, cursusq; suos è gurgite tollens,

Oceano claro reddidit orbe diem,

Flammiferumq; iubar terrag; polog; reduxit,

Et pepulit radijs astra repenti suis.

MEMNONIS vi genitrix infecerat humida cælum,

Et roseis manibus sidera dispulerat:

Phæbus Atlanteus è fluctibus aureus orbem

Sustulit igniferum, luxq; diesq; redit.

PRAEVI A flammiferi cursus aurora sedebat,

Extuleratq; alto gurgite Phæbus equos:

Noctiuagosq; simul radijs flagramibus ignes

Depulerat cælo, reddideratq; diem.

VIX aurora suo rubefecerat athera curru,

Summag; caneat roribus herba nouis:

Prasilit è medijs candens rota Tethyos vndis,

Et vaga cesserunt sidera solis equis.

SYRGIT ab Oceano Tithoni fulgida coniunx,

Et veste ab rosea subleuit ipsa pedes:

Tum Phæbus radijs rutilum fulgentibus orbem

Depulsi è tenebris, noxq; peracta fuit.

DE SIGNIS COELESTIBVS
HEXASTICHA.

Primus adest Aries, Taurusq; insignibus auro
Cornibus, & Fratres, & Cancer aquatilis signi,
Tum Leo terribilis veniens, atq; innuba Virgo,
Libra subit, caudaq; Animal, quod dirigit ictum,
Armatusq; arcu Chiron, & corniger Hircus,
Fusor aquae simul, & fulgenti Piscis in auro.

Proditor est Helles, & proditor Europae,
Et gemini iuuenes, & pressus ab Hercule Cancer,
Horrendusq; Leo sequitur cum Virgine sancta,
Libraq; lance pari, & violentus acumine Cauda,
Inde Sagittiferi facies senis, & Capricornus,
Et qui portat aquam Puer vrniger, & duo Pisces.

Signorum princeps Aries, & Taurus, & vna
Tyndarida iuuenes, & seruida brachia Cancrī,
Herculeusq; Leo, Nemaea pavor, almaq; Virgo,
Libra iugo aequali pendens, & Scorpūs acer,
Centaurusq; senex Chiron, & cornua Capri,
Et iuuenis gestator aquae, Piscesq; supremi.

Corniger astrorum ductor, Taurusq; secundus,
Tum sidus Geminum, & Cancrī gemmantis imago,
Truxq; Leo, & Virgo, quae spicea munera gestat,
Et Libram, quam Caesar habet, Chelaq; minaci,
Atq; arcu Pollens, & salsi gurgitis Hircus,
Vrnaq; nimbiferi, Piscisq; nouissima forma.

Dux aries, & frons Tauri metuenda minati,
Et Leda soboles, & Cancrī torridus ignis,

Terribilisq; Leo, species quoque Virginis alma,
Momentumq; sequens, caudaq; Timendus adunca,
Hinc Tendens arcum, liquidi Caper aquoris inde,
Troianusq; Puer, geminiq; sub aethere Pisces.

Nv Bigenū iuuenū vector, Tauriq; trucis frons,
Et Proles duplex Iouis, & Nepa torrida flammis,
Aestifer inde Leo iusta cum Virgine fulgens,
Quam sequitur Libra, & violenta cuspide Scuus,
Semiur Arcipotens subit, & Capricornus aquosus,
Et cui nomen Aquae faciunt, Piscesq; gemelli.

Corniger inprimis Aries, & corniger alter
Taurus, item Gemini, sequitur quos Cancer adustus,
Terribilisq; Fera species, & iusta Puella,
Libra simul, nigrumq; Ferens in acumine virus,
Centaurusq; bisformis adest, pelagiq; Procella,
Atq; amnem Fundens, & Pisces fidus aquosum.

Cornigeri ductor gregis, Europa quoq; vector,
Et duo Tyndarida, tum Cancer sole perustus,
Herculeaq; manu pressus Leo, & optima Virgo,
Hinc Trutina species venit, armatusq; veneno
Scorpius, atq; Sagittifer, aquoreiq; Capri frons,
Quiq; Vrnā gerit, & Pisces duo signa sub vno.

Principium signis ouū Sator, inde Iuencus,
Progenies duplex, & aquarum Cancer alumnus,
Pressa sub Herculeus manibus fera, iustaq; Virgo,
Libra subest, caudaq; Ferens lethale venenum,
Tum geminus Chiron, & Corniger aquoris alti,
Dilectusq; Ioui Puer, & duo sidera Pisces. (Taurus,

Dv x gregū, & placidum pandens, subit aethera

Germaniq; pares, & Cancro iam comes astus,
 Atq; Leo primus labor Hercules, & pia Virgo,
 Libra comes sequitur, mimitans & Scorpius igni,
 Et qui tela gerit Centaurus, & aquoris Hircus,
 Deucalionis aquae, & Piscu postrema figura.

VELLERIS aurati fulget pecus, aurea celo
 Zetus, & Amphion, Cancrig; figura calenti,
 Insequitur Leo saeuus, & almae Virginis astrum,
 Hinc aquale Iugum, caudaq; Venenifer vna,
 Centaurusq; minax arcu, & Neptunia proles,
 Quiq; refundit Aquas, & Piscu vltimus ordo.

ARGVMENTA LIBRO.
 RVM P. VIRG. MA-
 ronis.

SVMMA VIRGILII OPE-
 rum Monosticha.

PASTORŭ musam vario certamine promit.
 Ruris item docilis culturam carmine monstrat.
 Arboribus vitem, prolem quoq; iungit oliuae,
 Pastorumq; Palen, & curam tradit equorum.
 Tunc apium seriem, mellis & dona recenset.
 Aeneas profugus intrat Carthaginis oras.
 Coniunio series narratur Troica belli.
 Tertius at complet narrantis in ordine gesta.
 Ardet amans Dido fatum sortita supremum.
 Quintus habet tumuli varia spectacula patris.
 Infernos Ditis manes, & regna pererrat.

In Latine

In Latium Aeneas, Italas simul intrat in oras.
 Intonat hic bellum tecti de culmine Turnus.
 Euryalum & Nisum deflet cum matre iuuentus.
 Pallanti exitiūq; & Turni eluditur orsus.
 Euanderq; simul multorum funera deflet.
 Me centi interitus canitur post funera Laus.
 Vltiq; dehinc fertur telo mactata Camilla.
 Turni vita fugit infernas mæsta sub umbras.

ARGVMENTA XII. LI-

B R O R V M A E N E I D O S.

Modestini Iuriconsulti.

D E C A S T I C H A.

P R I M I.

VIr magnus bello, nulli pietate secundus
 Aeneas odijs Iunonis pressus iniqua,
 Italiam querens Siculis errauit in undis.
 Iactatus tandem Libya peruenit ad oras,
 Ignarusq; loci fido comitatus Achate,
 Indicio matris, regnum cognouit Elise.
 Quinetiam nebula septus peruertit ad vrbes,
 Abreptusq; undis socios cum classe recepit.
 Hospitioq; vsus Didonis cuncta benigna,
 Excidium Troia iussus narrare parabat.

S E C V N D I.

Conticuere omnes, tunc sic fortissimus heros
 Fata recensibat Troia casusq; suorum.

Fallaces.

Fallaces Graios, simulatq; dona Minerva,
 Lacontis poenam, & laxantem claustra Sinonem,
 Somnum quo monitus, acceperat Hectoris atrum,
 Iam flammæ cæli, Troium, patriæq; ruinas,
 Et regis Priami fatum miserabile semper,
 Impositumq; patrem collo, dextraq; prehensum
 Ascanium, frustra à tergo comitante Creusa,
 Ereptam hanc fato socios in monte repositos.

T E R T I I.

Post euersa Phrygum regna, est fuga cepta moueri,
 Vig, su in Thracem primo deuectus, ibiq;
 Mœnia condiderit Polydori cade piata,
 Regis & hospitium, Phœbi responsa canebat,
 Cœptum iter in Creten, rursus noua fata reperi,
 Naufragus ut fuerit Strophadas cōpulsus ad undas,
 Inde fugam, iterum enarrat præcepta Celeno,
 Liquerit vig, Helenum præceptis ordine fati, (tum,
 Supplicem Achæmenidē Polyphemo vrgente recep-
 Amissum patrē Drepani, atq; hinc deinde quicunq;

Q V A R T I.

Et regina graui Veneris iam carpitur igne.
 Consultitur soror Anna, placet succumbere amor.
 Fiunt sacra dijs, onerantur numina donis.
 Itur venatum. Veneris clam fœdera iungunt,
 Facti fama volat, monitus tunc numine diuum,
 Aeneas classemq; fuga, sociosq; parabat.
 Sensit amans Dido precibus conata morari.

Postquam fata iubent, nec iam datur vlla facultas,
 Consenditq; pyram, dixitq; nouissima verba,
 Et vitam infelix multo cum sanguine fudit.

Q V I N T I.

Nauigat Aeneas, Siculas desertur ad oras.
 Hic manes celebrat patrias, vnâ hospes Acestes.
 Ludos ad tumulum faciunt, certamina ponunt.
 Prodigium est cunctis, ardens allapsa sagitta.
 Iris, anum Beroën habitu mentita senili,
 Incendit naues, subitus quas vindicat imber.
 In somni pater Anchises quæ bella gerenda,
 Quoq; duce ad manes possit descendere monstrat.
 Transcribit matres vrbi, populumq; volentem,
 Et placidum Aeneas Palinurum querit in vndis.

S E X T I.

Cumas deinde venit, fert hinc responsa Sibylla.
 Misenum sepelit, mons seruat nomen humati.
 Ramum etiam ante Deum placato numine portat.
 At vates longæua vnâ descendit Auernum.
 Agnoscit Palinurum, & ibi solatur Elisam,
 Deiphobumq; videt lacerum crudeliter ora.
 Vmbrarum pœnas discit narrante Sibylla.
 Conuenit Anchisen, penitusque in valle virentis,
 Agnoscitq; suam prolem, monstrante parente.
 Hac vbi præcepit, graditur, sociosq; reuifit.

S E P T I M I.

Hic quoq; Cæietam sepelit. tum deinde profectus
 Laurentum venit, hanc verbis cognouit Iuli
 Fatalem terram, mensis en vescimur, inquit,

Centum

Centum oratores veniam, pacemq; petentes
 Ad regem mittit lectos, tum sorte Latinum,
 Qui cum pace etiam nata connubia pactus.
 Hoc sorte Alecto Iunonis dissipat ira.
 Concurrunt dictis, quamvis pia fata repugnent.
 Belli causa fuit violatus vulnere ceruus. (111.)
 Tum gentes socia arma parant, fremit arma iuuen-

O C T A V I.

Dat belli signum Laurenti Turnus ab arce.
 Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem,
 Qui petat auxilium, & doceat quæ causa petendi.
 Aeneas diuûm monitis adit Arcada regem
 Euandrum, Arcadia profugum, noua regna petentem.
 Accipit auxilium, huic natû & socia agmina iungit
 Euander, Pallas fati comes ibat iniquis.
 Iamq; habilis bello, & maternis latus in armis,
 Fataq; fortunaſq; ducum, casusq; suorum
 Sortitus clypeo, diuina intentus in arte est.

N O N I.

Atq; ea diuerſa penitus dum parte geruntur,
 Iunonis monitu Turnus feſtinat in hoſtem,
 Teucrorum naues, Rutulis iaculantibus ignem,
 Nympharum in ſpeciem diuino numine verſa,
 Euryali, & Niſi cœptus fuit exitus impar.
 Pugnatur: caſtra Aeneada, vallumq; tuentur.
 Audacem Rutulum dat letho pulcer Iulus.
 Fit via vi, Turnus Bitiam & Pandaron alium
 Deſcit, & rotis victor dat funera caſtris,
 Iamq; fatigatus recipit ſe in caſtra ſuorum.

DECI.

DECIMI.

Concilium diuis hominum de rebus habetur.
 Interea Rutuli portis circum omnibus instant.
 Aduenit Aeneas multis cum millibus heros.
 Mars vocat, & totis in pugnam viribus itur.
 Interemir Pallanta potens in praelia Turnus:
 Cadunturq; duces, cadit & sine nomine vulgus.
 Subtrahitur pugna lunonis nomine Turnus.
 Aeneas perstat Mezentii cede piata,
 Et Lausum inuicta perimit per vulnera dextra,
 Mox ultor nati Mezentius occidit ipse.

VNDECIMI.

Constituit Marti spoliis ex hoste trophaum,
 Exanimumq; patri natum Pallanta remittit.
 Iura sepulturae tribuit, tempusq; Latinis,
 Euander patrios affectus edit in vrbe.
 Corpora casa virum passim digesta cremantur.
 Legati referunt Diomedem arma negasse,
 Drances & Turnus, leges equante Latino,
 Concurrunt dictis, Aeneas imminet vrbi.
 Pugnatur, vicunt Troes, cadit ista Camilla,
 Deinde duces castris donec cessere morantur.

DVODECIMI.

Turnus iam fractis aduerso Marte Latinis,
 Semet in arma parat, pacem cupiente Latino.
 Fœdus percutitur passuris omnia victis.
 Hoc Turni Iuturna soror confundit, & ambos
 In pugnam populos agit, ementita Camertem,
 Aeneas volucris tardatur membra sagitta.

Anxia

Anxia pro nato seruauit cura parentis.
 Vrbs capitur, vitam laqueo sibi finit Amata.
 Aeneas Turnum campo congressus, viringz
 Circumsusa acie, vita spoliauit & armis.

A R G V M E N T A XII. LI.

BRORVM AENEIDOS.

P E N T E S T I C H A.

AOLVS immittit ventos Iunone precante,
 Troianosq; vagos Libycas expellit in ora.
 Solatur Venerem dictis pater ipse dolentem.
 Aeneam recipit pulchra Carthagine Dido,
 Cui Venus Ascanij sub imagine mittit Amorem.

S E C V N D I.

Cogitur Aeneas bellorum exponere casus,
 Graiorumq; dolos, & equum, fraudemq; Sinonis,
 Excisamq; urbem, Priamiq; miserrima fata,
 Utq; patrem impositum forti ceruice per ignes
 Extulerit, caramque amiserit ipse Creusam.

T E R T I I.

Post casum Troia fabricata classe superstes
 Vela dat Aeneas, Urbemq; in littore Thraces,
 Mox aliam pulsus Crateis condidit ora.
 Cedit & hinc, Helenumq; videt, praeceptaq; summi,
 Aetneum Cyclopa fugit, sepelinq; parentem.

Q V A R T I.

Ardet amore graui Dido, soror Annaq; suadet
 Nubere, iunguntur nimbo cogente sub antro.

Inca.

Incusat precibus patrem contemptus Hiarbas.
 Nauigat Aeneas iussu Iouis : illa dolore
 Impatiens, & amore necem sibi protinus infert.

Q V I N T I.

In Siculas iterum terras fortuna reducit
 Aeneam, tumuloq; patris persoluit honorem.
 Tum cogit naues incendere Troades Iris.
 Troës ibi linquunt socios. Venus anxia placat
 Neptunum, Somnus Palinurum mergit in undas.

S E X T I.

Sacratam Phæbo Cumarum fertur in urbem
 Rex Phrygius, vatisq; petit responsa Sibylla.
 Misenum sepelit. post hac adit infera regna :
 Congressusq; patri, discit genus omne suorum,
 Quoq; modo casus valeat superare futuros.

S E P T I M I.

Tandem deueniunt Laurentia Troës in arua,
 Et pace accepta lati noua moenia condunt.
 Noctë satam Iuno Furiam vocat : illa Latinos
 Inter & Aeneadas bellum serit, & ciet arma.
 Protinus auxilijs terra instruit Itala turmas.

O C T A V I.

Vidit vt Aeneas summa vi bella parari,
 Arcadas, Euandrumq; senem sibi fœdere iungit,
 Dardanioq; duci sociatur Etruria tota.
 Arma petit genitrix. dat Mulciber : in clypeoq;
 Res pingit Latias, & sortia facta nepotum.

N O N I.

Ad Turnum properè Iunonia mittitur Iris,
 PP Infestatq;

Infestatq; animos. aciem mouet ille, Phrygasq;
 Obsidet: inde igni euersa est Aeneia clasis.
 Euryalus Nisusq; luunt nece praelia noctis.
 Vi turnus potitur castris, expellitur inde.

D E C I M I.

Placat & uxorem dictis, & iurgia nata
 Iuppiter. auxilijs instructus Troius heros
 Aduenit: occurrunt populi, atq; in litore pugnant.
 Occidit à Turno Pallas, victorq; superbus
 Aeneas eripitur: Mezentius interit acer.

V N D E C I M I.

Occisis proprium pars vtraque reddit honorem.
 Supplicibus Calidone satus negat arma Latina.
 Cum Turno alterno iurgat certamine Drances.
 Aeneas equitem pramittit, & obuia virgo
 Excipit. extincta Rutuli dant terga camilla.

D V O D E C I M I.

Troianis Rutulifq; placet coniungere sedus:
 Id Rutuli rumpunt. nato Venus alma medetur
 Dictamo, Rutulifq; luunt periuria victi.
 Cogitur Aeneas Dauni concurrere proles.
 Pallantea necem misero dant cingula Turno.

A R G V M E N T V M X I I. L I.

B R O R V M A E N E I D O S.

Monosticha.

AENEAS Primo Libyes appellitur ori.
 Edocet excidium Troie, clademq; Secunda.

Tertia

Tertius à Troia vectos canit equore Teucros.
 Vritur in Quarto Dido, flammascq; fatetur.
 Quintus habet ludos, & classem corripit ignis.
 Queruntur Sexto manes, & tartara Ditis.
 Septimus Aeneam reddit fatalibus aruis.
 Preparat Octavo bellum, & quos mittat in hostes.
 Nonus habet pugnas, nec adest dux ipse tumultu.
 Occidit Aeneae Decimo Mezentius ira.
 Undecimo victa est non equo Marte Camilla.
 Duodecimo Turnus diuinis occidit armis.

MODESTINI IVRIS-
 CONSULTI ARGV-
 menta in Georgica.

PRIMI.

QUID faciat latas segetes: qua sidera seruet
 Agricola, vt facilem terram proscindat ara-
 Semina quo iacienda modo, cultusq; locorum (tris:
 Edocuit, messes magno olim fenore reddi.

SECUNDI.

Hactenus aruorum cultus, & sidera cœli:
 Pampineas canit inde comas, collesq; virentes,
 Descriptasq; locis vites, & dona Lyai,
 Atq; olea ramos pomorum ex ordine lectos.

TERTII.

Teq; Pales, & te Pastor memorande per orbem,
 Et pecorum cultus, & pascua gramine leta,
 Queis habitent armenta locis, stabulentur & agni,
 Omnia diuino monstrauit carmine Vates.

Tp 2

Quar-

Q V A R T I.

Protinus aëri mellis redolentia regna,
 Hyblæas & apes, alueorum & cerea recta:
 Quicq, apibus flores, examina quæq, legenda,
 Indicat: humentesq, fauos, caelestia dona.

E P I T A P H I A V I R O R U M
I L L V S T R I U M.

P. VIRGILII MARONIS.

PALLADIUS I.

Conditus hic ego sum, cuius modò rustica Massa
 Per sylvas, per rus, venit ad arma virum.

ASCLEPIADES II.

Tityron, ac segetes cecini Maro, & arma virumq,
 Mantua me genuit, Parthenope sepelit.

EVSEBIUS III.

Virgilius iacet hic, qui pascua versibus edit,
 Et ruris cultus, & Phrygiæ arma viri.

POMPELIANVS IIIL.

Qui pecudes, qui rura canit, qui prælia vates,
 In Calabris moriens, hac requiescit humo.

MAXIMIANVS V.

Carminibus pecudes, & rus, & bella canendo,
 Nomen inextinctum Virgilius meruit.

VITALIS VI.

Mantua mi patria est: nomē Maro, carmina sylva:
 Ruræq, cum bellis: Parthenope tumulus.

BASILIUS VII.

Qui sylvas, & agros, qui prælia versibus ornat,

Mole sub hac situs est, ecce, poeta Maro.

ASMODIANVS VIII.

*Pastores, vates ego sum, cui rura, ducesq;
Carmina sunt: hic me pressit acerba quies.*

VOVIANVS IX.

*A syluis ad agros, ab agris ad praelia venit:
Musa Maronis adest nobilis ingenio.*

EUGENIVS X.

*Bucolica expressi, & ruru precepta colendi:
Mox cecini pugnas: mortuus hic habito.*

IULIANVS XI.

*Hic data Virgilio requies, qui carmine dulci,
Et Pana, & segetes, & fera bella canit.*

HILASIVS XII.

*Pastores cecini, docui qui cultus in agris,
Praelia descripsi, contegor hoc tumulo.*

EIVSDEM DE VIRGI-
lij imagine.

*Subduxit morti viuax pictura Maronem:
Et quem Parca tulit, reddit imago virum.*

IDEM EIVSDEM.

*Lucis damna nihil tanto nocuere poeta,
Quem præsens at honos carminis, & plutei.*

VIRGILIIVS.

*Mantua me genuit, Calabri rapuere: tenet nunc
Parthenope: cecini pascua, rura, duces.*

IN VIRGILIIVM.

*Tristia fata tui dum fles in Daphnide Flacci,
Docte Maro, fratrem dijs immortalibus aquas.*

PP 3

IN

I N E V N D E M.

PASTOR, arator, eques, pavi, colui, super mi,
Capras, rus, hostes, fronde, ligone, manu.

IUPITER in caelis, Caesar regit omnia terris.

TARPEIO quondam confedit culmine cornu:
Est, bene non potuit dicere, dixit, Erit.

I N C E R T I A V C T O R I S.

LITERA rem gestam loquitur: res ipsa meditata
Verbi, quam viuax mens videt, intus habet.

M O R S T R I V M.

Sus, iuuenis, serpens, casum venere sub vnam:
Sus iacet ex ictu, pede serpens, ille veneno.

I T E M.

Anguis, aper, iuuenis pereunt, vi, vulnere, morsu:
Hic fremit, ille gemit, sibilat hic moriens.

I T E M.

Sus, serpens, iuuenis, pariter periire vicissim:
Dente perit iuuenis, serpens pede, porcus ab ictu.

C. I V L I I C A E S A R I S.

Thrax puer, abstricto glacie dum ludit in Hebro,
Frigore concretas pondere rupit aquas.

Dumq; ima partes rapido traherentur ab amne,
Abscidit heu tenerum lubrica testa caput.

Orba quod inuentum mater, dum conderet vna:
Hoc peperit flammis, cetera, dixit aquis.

H A D R I A N I I M P.

Almo, Theon, Thyrsis nati sub monte Pelori,
Semine disparili Laurente, Lacone, Sabina:

Vite Sabina, Lacon sulco, sue cognita Laurens.
 Thyrsis oues, vitulos Theon egerat, Almo capellas.
 Almo puer, iuuenisq; Theon, sed Thyrsis ephēbus.
 Cannā Almo, Thyrsis stipula, Theon ore melodes.
 Nais amat Thyrsin, Glauce Almona, Nisa Theonē:
 Nisa rosas, Glauce violas, dat lilia Nais.

EIVSDEM.

Ur belli sonuere tuba, violenta peremit
 Hippolyte Theuthram, Lice Donin, Oebalon Alce:
 Oebalon ense, Donin iaculo, Theuthrantia sagitta:
 Oebalus ibat equo, curru Donis, ac pede Theuthras:
 Oebalus, ilia Theuthras.

Carus Epo Theuthras, Doridi Donis, Oebalus Ida:
 Argolicus Theuthras, Marsus Donis, Oebalus arcas.

P. OVIDII NASONIS.

Cum foderet ferro castum Lucretia pectus,
 Sanguinis & torrens egrederetur, ait:
 Procedant testes, me non placuisse tyranno,
 Ante virum sanguis, spiritus ante deos.

INCERTI AVTORIS

DE NARCISSO.

Hic est ille, suis nimium qui credidit vndis,
 Narcissus vero dignus amore puer.
 Cernis ab irriguo repetentem gramine ripam:
 Ut, per quas pergit, crescere possit aquas.

A C I S.

Acidos hæc cernis montana cacumina busti,
 Aequor & ex imis fluminis ire iugis.

Ista Cyclopei durant monumenta furoris,
 Hic amor, hic dolor est, candida Nympha, tuus.
 Sed bene, si perijt, iacet hac sub mole sepultus,
 Nomen & exultans vnda perenne vebit.
 Sic manet ille quidem, neq; mortuus esse feretur,
 Vitaeq; per liquidas caerula manat aquas.

N Y M P H A P O M I G E R A.

Poma gerens calathis quos vertice sustinet alto,
 Hec duplici fulcit pondera nympha manu:
 Altera deciduae lapso velamine palle,
 Nudato ostendens lactea poma sinu.
 Hanc videt è Satyris non lasciuissimus vnus,
 Inque ait intentis Naide luminibus:
 Non volo decerptos alieno pollice fructus,
 Quae propria pendent arbore poma volo.

P Y T H A G O R A S N A V G E R I I.

Quem toties vixisse anima redeunte renatum,
 Mutato fama est corpore Pythagoram:
 Cerne iterum vt docti caelo generatus Asila
 Viuat, & antiquum seruet in ore decus.
 Dignum aliquid certè voluit, sic fronte serena,
 Sic in se magno pectore totus abit.
 Posset & ille altos animi depromere sensus,
 Sed veteri obstrictus religionis silet.

D E F O R T V N A.

O Fortuna potens, quam variabilis
 Tantum iuris atrox quae tibi vendicas?
 Euertisq; bonos, erigis improbos:
 Nec seruare potes muneribus fidem.

Fortuna immeritos auget honoribus:
 Fortuna innocuos cladibus afficit.
 Iustos illa viros pauperie grauat:
 Indignos eadem diuitijs beat.
 Hec aufert iuuenes, & retinet senes,
 iniusto arbitrio tempora diuidens.
 Quod dignis adimit, transit ad impios.
 Nec discrimen habet, rectaq; iudicat.
 Inconstans, fragilis, perfida, lubrica.
 Nec quos clarificat, perpetuo fouet:
 Nec quos deseruit, perpetuo premit.

SULPITII CARTHAGI-
 NENSIS.

Iusserat hac rapidis aboleri carmina flammis
 Virgilius, Phrygium qua cecinere ducem.
 Tucca vetat, Varusq; simul: tu maxime Caesar
 Non finis, & Latia consulis historia.
 Infelix gemino cecidit propè Pergamon igni,
 Et pene est alio Troia cremata rogo.

OCTAVII AVGVSTI.

ERGONE supremis potuit vox improba verbis
 Tam durum mandare nefas? ergo ibit in ignes,
 Magnaq; dictiloqui morietur Musa Maronis?
 Ah scelus indignum! soluetur littera diues?
 Et poterunt spectare oculi? nec parcere honori
 Flamma suo? dignumq; operis seruare decorem?
 Pulcher Apollo veta: Musa prohibete Latina.

Pp 5

Liber

Liber & alma Ceres succurrite. vester in armis
 Miles erat: vester docilis per rura colonus.
 Nam docuit, quid Ver ageret, quid cogeret Aestas,
 Quid pater Autumnus, quid Bruma nouissima ferat.
 Arbuta formauit: sociavit vitibus vltimos: (ret.)
 Curauit pecudes: apibus sua castra dicitur.
 Hec dedit, vt pereant? ipsum si dicere fas est.
 Sed legum est seruanda fides. suprema voluntas
 Quod mandat, fieriq; iubet, parere necesse est.
 Frangatur potius legum reuerenda potestas,
 Quam tot congestos noctesq; diesq; labores
 Hauserit vna dies: supremaq; verba parentis
 Amittant vigilasse suum. si forte superbum
 Errauit in morte: piget si lingua locuta est,
 Nescio quid, titubante animo, non sponte, sed diu
 Expugnata malis, odio languoris iniqui:
 Si mens eaca fuit, iterum sentire ruinas
 Troia suis, iterum cogetur reddere voces?
 Ardebit misera post vulnera vulnus Elisa?
 Tam sacrum soluetur opus? tot bella, tot enses
 In cineres dabit hora nocens, & perfidus error!
 Huc huc Pierides date flumina cuncta sorores,
 Expirent ignes, vinat Maro, dictus vbiq;
 Ingratusq; sui, studiorumq; inuidus orbi,
 Et factus post fata nocens. quid iusserat ille,
 Sit veruisse meum, satis est, post tempora vita.
 Immo sit aeternum tota resonante Camena
 Carmen, & in populo diui sub numine nomen
 Laudetur, vigeat, placeat, relegatur, ametur.

IN OBITVM VIRGILII.

Temporibus letis tristamur maxime Caesar,
 Hoc vno amisso, quem gemo Virgilium.
 Sed vetuit relegi, si tu patiere, libellos,
 In quibus Aeneam condidit ore sacro.
 Roma rogat: precibus etenim tibi supplicat orbis,
 Ne pereant flammis tot monumenta ducum.
 Atq; iterum Troiam, sed maior, flamma cremabit.
 Fac laudes Italiam, fac tua facta legi:
 Aeneamq; suum fac maior nuncius ornet:
 Plus satis possunt Caesaris ora dei.

ALCINOI VERSVS.

De numero vatum si quis seponat Homerum,
 Proximus à primo tum Maro primus erit.
 Et si post primum Maro seponatur Homerum,
 Longè erit à primo quisq; secundus erit.

ΧΡΙΣΤΟΔΩΡΟΤ.

Καὶ φίλος αὐσονίοισι λιγύθεος ἔπρεπε κύνος
 Πλείως εὐεπὶς Βιργύλλιος. ὃν ποτὲ Ρώμης
 Θυμείας ἄλλον Ομηρον ἀνέτρεφε πάλαιος ἦχός.

PROPERTII.

Actia Virgilium custodis littora Phæbi,
 Caesaris & fortes dicere posse rates.
 Qui nunc Aenea Troiani suscitât arma,
 Iactaq; Lauinijs mœnia littoribus.
 Cedite Romani scriptores, cedite Gray:
 Nescio quid maius nascitur Iliade.

IN CA-

Tu canis umbrosi subter pineta Galeſi
 Thyrsin, & attritis Daphnin arundinibus.
 Virg. decem poſint corrumpere mala puellam,
 Miſus & impreſſis hœdus ab vberibus.
 Felix, qui viles pomis mercaris amores,
 Huic licet ingrata Tityrus ipſe canat.
 Felix, intactum Corydon qui tentat Alexim
 Agricola domini carpere delicias.
 Quamuis ille ſua laſſus requieſcat auena,
 Laudatur faciles inter Hamadryadas.
 Tu canis Aſcrei veteris præcepta poeta,
 Quo ſeges in campo, quo viret vua iugo,
 Tale facis carmen docta teſtudine, quale
 Cynthis impoſitus temperat articulis.

OVIDII.

Et profugum Aenean, alta primordia Roma:
 Quo nullum Latio clarius extat opus.

EIVSDEM AD A. V.

G V S T V M.

Et tamen ille tuæ felix Aeneidos auctor
 Contulit in Tyrios arma virumq; toros.
 Phyllidis hic idem, teneraq; Amaryllidis ignei
 Bucolicus iuuenis luſerat antè modis.

HORATII.

molle atq; fatuus

Virgilio annuerant gaudentes rure Camana.

LECTI